tua dependentia à nutu, voluntate, providentia, cura, protectione divina; tum de clara, & beatifica ejusdem visione. Hoc est *Permanere in æternum in conspectu Dei a*; & ut dixi, *abscondi in abscondito faciei ejus b*; *adimpleri lætitia cum eodem vultu c*; *habitare in adjutorio Altissimi, & in protectione cœli commorari d*; *habitare in tabernaculo illius, e*; *& in domo ipsius f*; *non projici à facie Dei, oculorumve ejus g*; *sed quærere illam semper h*; *providere Deum in conspectu suo semper i*; *in justitia apparere conspectui Dei k*; *meditationem cordis habere in conspectu illius semper l*; *confirmari à Deo in conspectu ejus m*; *lætificari à Deo in gaudio cum vultu ipsius o*.

a psf 60. 8.
b psf 30. 21
c psf. 15, 10
d psf. 90. 1.
e psf. 14. 1
f psf. 83. 5
g psf. 30. 23
psf. 50. 13.
h psf. 10. 4.
i psf. 15. 8
k psf. 16. 16.
l psf. 18. 23.
m psf. 40. 13.
n psf. 118. 68.
o psf. 90. 7

PSALMUS

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS.

1. Psalmus David.

DOmine clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, quum clamavero ad te.

2. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

3. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.

4. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus opnrantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

5. Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatorie non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc est oratio mea in beneplacitis eorum: 6. absorti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: 7. sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: 8. quia ad te Domine, Domine, oculi mei: in te speravi, non auferas animam meam.

9. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.

10. Cadent in retiaculo ejus peccatores: singulariter sum ego donec transeam,

---

Titulus, & Argumentum.

Psalmus David.

Titulus, VALDE simplex, & communis titulus caret difficultate, & innuit clare auctorem hujus psalmi Davidem: quamvis omnes, qui libro isto continentur, deniverimus ab eo compositos *p* esse, etiam in quibus tituli nomen illius non gerunt. Argumentum fere omnes huic psidem affingnant, quod præcedenti. Volunt præterea multi hanc à Davide orationem editam, quando ipsum Saul vexabat. Nam petit potissimum, ne calumniis adversariorum calumnias rependat; nec adversus Deum ipsum, qui has in eum persecutiones permittit, ipse obmurmeret, vel è corde patientiam ejiciat, novis peccatis vetera, quæ hujusmodi pœnam commeruerunt, cumulando. Prædicit denique supplicium iniquis persecutoribus, suam vero liberationem. Addunt Cajetanus, Placidusq, Parmensis, agere Davidem de sua ad Philisthæos, & orare ut vitare possit peccatum linguæ, ac ne in illa regione serviat idolis; exponere etiam rationabiles fugæ causas, quodque non recusset corripi, & castigari à viro justo. August., ut solet, ad Christum refert, quæ hic dicuntur, & illa, quæ Christo convenire secundùm se spectato nequeunt, interpretatur tamen ab ipso dicta tamquam à capite pro membris. Valentia vult orari à Christo, ut Pater acceptet orationem, ac passionem suam: deinde pro membris secundùm conditiones, ac status omnes; tertio Davidem prædicere tyrannorum, atque Gentilium conversionem; tandem rogare pro sua resurrectione. Videtur extendenda materia psalmi, præsensque oratio ad quemlibet justum, juxta eum ipsum modum, proportione servata, qui Davidi convenit, nominatim vero postulari linguæ custodiam, quæ tantopere necessaria est ad perfectionem, & circa quam Lyranus & Aygunus notant Davidem aliquoties peccavisse. Queritur Chrysostomus ignoranti sensum psalmi obscuri, nec vim sententiarum ejus quæri, sed canentes curare sola verba, thesauro assidentes absconditio, obsignatam crumenam circumferentes, illius obscuritate, ac difficultate non excitatos, puritate & limpiditate istius quasi fontis non allectos; neque ceu floridi prati, & odoriferi amœnitate, ac suavitate provocatos: Deniq; ut attentiores reddat lectores, aut auditores suos, testatur non temere decretum fuisse à Patribus, ut hic psalmus diceretur quotidie, non quia in eo mentio sit vespertini temporis sacrificiive *q*, quoniam & alii psalmi *r*, meminerunt de eodem, aut simili tempore. Caussa, inquit, est, quia est tamquam salutare aliquod pharmacum, & peccatorum piaculum; ut quæcumque sordes, aut maculæ fuerint à nobis toto die susceptæ, dum vel in foro, vel domi, vel quocumque alio loco versamur, eas quum ad vesperum pervenerimus, per spirituale hoc carmen abstergamus, quia est, inquit, medicamentum, quod delet hæc omnia. Subdit comparationem cum psal. 62. quem vocat matutinum, & asserit accendere in Deum desiderium, & animum excitare; & postquam valde inflammaverit, & magna repleverit lætitia & charitate, ita permittere accedere. Nunc non video alium usum istius psalmi esse in Ecclesiastico Officio, quam ad Vesperas feriæ sextæ, & eas, quæ recitantur in Cœna Domini, & in Parasceve. Annumerat Athanasius *s* psalmis illis, qui colloquia cum Deo, preces, obsecrationesque complectuntur: præterea qui serviunt iis, quibus opus est precibus, propter adversarios, eosq; qui circundant animam.

Tempus quo psalmus frequentatur ab Ecclesia *ad Marcel.*

Versf. 1.) Domine, clamavi ad te, exaudi me, intende voci meæ, quum clamavero ad te.

CLara satis sententia, similes non paucas habens in Psalterio toto; Cupit vero clamans non magis ore ac voce, quam affectu, & corde, ut Deus cito exaudiat, & nunc, & quoties eodem pacto clamaverit. Clamorem cordis, & affectus magis, quam vocis, & oris, Hilarius, & ceteri optime declarant, nosque ipsi alias ostendimus. Omnium Sanctorum, ait Hilarius, fidelis oratio, clamor est Deo. Affert exemplum in Moyse, cui Deus *t*, *Quid clamas ad me?* in Martyribus, quorum indignitas necis Deo clamor est, sicut Deus ipse de sanguine Abel dixit *u*, & Joannes scripsit *x subtus altare audivisse se clamantes voce magna animas interfectorũ propter verbũ Dei, & propter testimonium, quod habebant, ut vindicaret Deus sanguine ipsorum.* Concludit demum, si non humilia, nec terrena, nec corporalia fidei oremus, tacens licet oratio nostra sit, Deo clamorem esse. Eadem perstringit vocatus Hieron. August., aurem, Cassiodor., & alii observant in præterito, & futuro, quod scilicet clama visse se dicat Propheta, & clamaturum, perseverantiam orationis; nec finiri debere clamorem, quia non finitur tribulatio. Neque ullum tempus à culpis est vacuum. *Non impediatis orare semper*, inquit Sapiens *y*. *& ne verearis usque ad mortem justificari; quoniam merces Dei manet in æternum.* Quasi dicat, oratione acquiri justitiam, & meritum æternæ vitæ, ut idcirco perpetuam oporteat hic esse quia, inquam, semper justiores fieri possumus, & præmiũ æternum est. Affert August. exemplum Christi, qui oravit, & quum oraret, globi sanguinis de toto corpore ejus distilla verunt *z*: quod Martyrum de tota Ecclesia passionem designabat. Notat Cassiodor. quod hic, & sequenti versu orationes quadrifariam geminantur, quia sancto viro tantæ rei nulla poterat esse satietas, utpote cùm oratio à culpis liberet, Judicis animum conciliet, delicta mundet. Chrysostom. accuratior hic est in explicando clamore cordis. Docet vocis intentionem non requiri: cum parva: exiliique Moyses prædixit fuerit, tardæque, & impeditioris linguæ *a* tamen exauditus magis omnibus, etiam tacens *b*, à Deo; ut & Anna *c*: Judæi autem clamantes plusquam omnes, axauditi non sint *d*, quum bonitas vocis inter adiaphora computetur, & sceleratis concedatur; quemadmodum pulchritudo Absalon *e*; quum calvus esset Elisæus, eoque nomine rideretur *f*. Deinde ait, clamorem internum, sive cordis inflammati, & contriti exigi, qui non finat oscitare, & alia divertere: atque ut quemadmodum, qui clamat, omnes vires suas haurit, ac totum corpus intendit, sic qui corde clamat, mentem totam, & animam convertat ad Deum. Vocat Nicephorus κραυγὴν τὴν κρυπτὴν hunc clamorem, τὴν ἐν ἀνωμάτοις πρὸς Θεὸν γινομένης ἐντεύξεως, *intentionem orationis ad Deum*. Bonaventura distinguit clamorem laudis, quem Angeli edunt in cœlo; devotionis in deserto, quem Moyses edidерit: necessitatis filiorum Israel in Ægypto; iniquitatis Sodomæ, & Gomorrhæ: nec alia deesse membra, si liberet addere. Neque vero satis quæ probare Ayguani responsum ad quæstionem, utrum sit prius, nos orando clamare ad Deum, vel à Deo exaudiri: illud prius esse, quoniam clamoris nostri caussa ex exauditio Dei: & ideo oramus, quia inspirat voluntatem orandi; nec inspiraret, nisi prius exaudiret; hoc etiam sibi velle alterius Psalmi *g* verba, *Ego clamavi, quoniam exaudisti me, Deus*: tandem quia omnis actus Dei est æternus, nostet temporalis. Prosecto, qui audit verbum *exaudiendi*, non potest non concipere prius esse alium, qui petat, & exaudiri velit. Quando inspiratur orandi voluntas prima, non potest exauditio proprie dici, quum nulla præcesserit oratio. David in eo alio psalmo clamavisse se dicit iterum, quia exaudiverat Deus, quum jam antea videlicet clamavisset. Quod actus Dei sit æternus, non refert: confideramus enim ordinem effectuum, non ipsos Dei actus immanentes. Prior quidem inspiratio est, ut ores, quam oratio tua; sed posteriorem istius orationis exauditionem necesse est esse.

Dominè.] Apud unum Euthymium lego replicatum κύριε, κύριε: nec puto lectionem probam esse, quoniam semel tantum id nomen habent editiones omnes ac enarrationes.

Clamavi ad te) Vim habet Græcum ἐκέκραξα, de quo alias, onomatopœjam crocitationis corvinæ.

Exaudi me.) Hieronym. *festina mihi*, ideſt, ut exponit Treverius, auxilium festinum mihi impende. Alii, *festina*, vel *propera ad me, ut succurras*. In Psalmo 69. *b*, *ad adjuvandũ me festina* לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה *lehhazrathi chuschah*. Ubi ut imum vocabulum est idem, quod hoc loco habetur, & significat non solum *festinare properare, accelerare*, sed etiam *sentire, & sensibus obstetari*. Unde חוּשׁ *chus, sensus*. Ut sit mirum, si hoc loco expositum sit per *exaudi*. & προσχωρεῖν. Hispanum, *escuchar sono*, & significatione simile est.

Intende voci meæ, quum clamavero ad te.) Hieron *exaudi vocem meam clamantis ad te* Hebraicè הַקְשִׁיבָה לְקוֹל שַׁוְּעִי *hekeschibah lecol schaveathi, in clamare me ad te*, seu *in invocare me ad te*. In Romano Psalterio, & Ambrosiano, quod & Hilar. & Cassiod. *voci orationi meæ*. In Psalterio vetere, atq; apud August. *voci deprecationis*. Græcè ἡ φωνὴ τῆς δεήσεως μου Ex Psal. 50. fortassis nomen *orationis* huc tranſcriptum est, *intende voci orationis meæ*: ibi enim eadem sunt Græcè, quæ hic Hebraicè, nomen cum affixo, ut רַ לְקוֹל *lekol voci*, est שִׁוְּעִי *schiavathi*; verbum הקשׁיבה *hakschivah* hoc loco בַּאֲזִנָּה *baazinah, auribus percipe*, & ut Hilarius quandoque dicit, *in aurire*. De modis hisce loquendi alias egimus. Nostim cum Brunone vim ponere in hoc, ut intendere Deus oretur, intensum se facere, ac intense conferre, quod intense petitur. Melius creditus Hieronymus observat, qui petit à Deo, ut intendat, ideſt, diligenter audiat, significare se non petere corporali desiderio aurum, aut tale quid alienum, sed misericordiam.

Versf. 2.) Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearũ sacrificium vespertinum.

Sensus loci. VEl explicat, quid petat, vel potius, ut ex Cassiodoro antea retulit, duobus adhuc modis orationis affectum declarat, quæ nimirũ elevatis usurpari manibus solebat, & quam cupiat exaudiri, & gratam acceptamque orationem Deo esse, videlicet quam erat illi gratum thymiama offerri solitum in templo ex præcepto Dei *i*, & agni mactatio, quæ fiebat tempore vespertino. Offert exul, ac proculà tabernaculo pro sacrificio, & oblatione, vota, precesque, quemadmodum Daniel captivis, quum deesset holocaustum, sacrificium, oblatio, incensum, locus primitiarum, flagitabat, ut *in animo contrito, & spiritu humilitatis susciperentur, & sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fieret sacrificium eorum*, constans ex votis, precibusq; *in conspectu Domini K*. In his typum Christi, ac præsertim in secundo, quantum ad sacrificium Crucis vespere peractum, agnoscunt Enarratores, maximè Latini. Quod attinet ad incensum, consentiunt omnes innui illud, quod adolebatur in altari aureo, quod et iam cognominabatur altare incensi, sive thymiamatis. Constabat ex quatuor aromatum generibus, thure, galbano, onyche, staCte, in maximam subtilitatem comminutis, ut loquitur Hilarius. Qui observat, cum Joannes *l* incensa, odoreve asserat esse orationes Sanctorum, ad quatuor genera orationum, de quibus Paulus *m*, applicari posse ad precationes, orationes, postulationes, gratiarum actionis; quoniam humilitatis nostræ est deprecari; magnificentiæ Dei orari; fidei postulare; confessionis & laudis gratulari. Ait præterea, quod species quatuor elementorum designari possunt per eosdem odores: nempe per thus pellucidum spiritus, ideſt, aer, per staCtem aqua; per galbanum terra; per onychen ignis: ut per hæc omnium, quæ in cœlo, & infra cœlum, & in terra, & in aquis sint placita Deo, incensi modo hæc offeratur laudis oratio. Hoc incensum, thusve offerendum præcipit Bernardus *n*, cum auro contemtus mundi, & afflictæ carnis myrrha; sicut tria illa Magi obtulerunt, quę aliter alii accipiunt. Recta tendit vera oratio ad Deum, talibus composita odoribus, vel fide, spe, charitate, humilitate, in intima templi nostri parte, hoc est, in mente emissa, & super altare aureum bonæ voluntatis, & fervoris igne accensa, & per *Jesum Christum* summum Sacerdotem, cujus unius erat offerre peculiare quoddam thymiama *o*, oblata. Prodiderunt nonnulli Hebræorum, declarasse Deum sibi Abelis placere sacrificium, quoniam ascendebat fumus recta in cœlum, velut virgula, vel columna, vel palma: super sacrificium vero Cain spargebatur. Ambrosius *p* disputans de manna, cur esset minutum quid, & subtile, inter alia exempla, quibus id explicat, hoc affert de thymiamate, cujus & nomen Græcum notat hic esse, ut & in Apocalypsi *q*, ubi dicuntur thymiamata multa (incensa data Angelo) cum thuribulo. Verissime dictum, quod jactantia habet gravelentiam oris seipsum prædicantis; ut sit suavis, & grata oratio Deo, proficiscì eam ab humili corde oportet, quod veluti tenuem, subtilemq; reddat orationem, quoniam *humiliantis se oratio penetrat nubes r*; superbus autem *ponit mendacium, & transeat oratio s*. Gregorius *t montem* quidem *myrrhæ* ex Canticis *u* forte altitudinem mortificationis intelligit in opere; per *collem* vero *thuris* altam humilitatem in oratione. Addit præterea *x*, quod fumus de incenso nascens, & lacrymas excutiens, est compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Exigitur hujusmodi oratio potissimum ab his, quibus conceditur edere panes propositionis, super quos *thus lucidissimum* ponebatur *y*, hoc est, ab iis, qui ex proventibus vivunt Ecclesiasticis. Idcirco tam sæpe inculcant isti in Officio Ecclesiastico, *ut dirigatur eorum oratio, sicut incensum in conspectu Domini*. Certe *regiones gentium dedit illis Deus*, & voluit possideri ab ipsis, *labores populorum, ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant z*. Ceterum, si non incensum, sed mordacissimus absque, ait Chrysostomus *a*, ac graviter olens fumus ascendat, quibus suppliciis dignus *erit?* Invebitur in eos, qui ad formas mulierum aspiciendas, ad adolescentulorum pulchritudinẽ curiosius intuendam in Ecclesiam veniunt, & fulminibus, ipsoque gehennæ supplicio dignissimos affirmat. Suadeo, ut locum evolvas totum. Huc revocari potest usus thuris inter sacra, & Ecclesiastica officia, de quo Joannes Stephanus Durantus *b*, & Alexander ab Alexandro *c* Romanos usos demõstrat in triumphis thymiamate thuris, & odorum copia exhalante. Jam vero sacrificium vespertinũ fiebat olim ex agno quotidie, ut & matutinum, ut Josephus *d* meminit, præter sacram Scripturam *e*, simul etiam offerebatur cum similia incensum, & adolebatur *f*. Quamvis porro indiscriminatim de vespertino mentionem factã & non de matutino, dici posse, Chrysostom. dicat, quum si matutinum expressum esset, quæri etiam potuisset, cur non

i Exod. 30. 25 & segq.

Tymiama ex quibus aromatum generibus constiterit.

k Dan. 3. 40.

l Apoc. 5. 8 cap. 8. 3. 4
m 1 Tim. 2. 1 Philip. 4. 6

n Serm. 1. de Epiphan.

o Levit. 16. 12.

p Epist. 82

q cap. 8. 3. 4

r Ecc lesiast. 50. 21
s Thren. 3. 44
t in Cant. 4
u ca. 4. 6

x humil. 22 in Ezech.

y Levit. 24. 7

z psf. 104. 45

a homil. 74 in Matt.

b de ritibus Eccles. c. 9
c lib. 6. ca. 6
d lib. 3. antiq. cap. 12
e Exod. 29. 41 Num. 28. 5
4 Reg. 16. 15
1 Esdr. 9. 4. 5
f Levit. 6. 13

non vespertinum, tamen respondet matutino succedere vespertinum; seu hoc pacto, videri finitum, perfectum, completum Dei cultum. Idem placuit Basilio, Euthymio Nicephoro: ultimus vocat vespertinum sacrificium ὡς ἐπιφράγισμα, καὶ ἀνάθημα, sigillum, atque perfectionem matutini. Theodoretus rationem affignat, quoniam David in calamitatibus, & mœroribus erat: sunt autem nocti, tenebrisque similes calamitates. Forsitan etiam scribebatur hic psalmus, canebaturve à Davide tempore nocturno, vel vespertino. Id quidē Nicephorus asserit. Quod initio dicebam de typo sacrificii Crucis, Enarratores hic Latinos tradere, apud Cassianum a, quoq; lego, qui vespere præterea fumit pro fine sæculorum, in quo id peractum est. Docet item, quod elevatio satis propriè dicitur extensio manuum Christi in patibulo, quia omnes nos in inferno jacentes elevavit ad cælos, secundùm promissionis suæ sententiam b, *Quum exaltatus fuero à terra, omnia trahem ad meipsum*. Adjicit vere sacrificium vespere traditum, quum Christus initiaret Ecclesiæ sacrosanctā mysteria. Isidorus c extensionem Christi manuum in Cruce, ac elevationem, interpretatur dici sacrificium vespertinum, sive quod veniente quasi mundi vespera, sive quod declinante jam Sole ad vesperam, in Cruce animam posuit, elevans manus suas in idem Crucis lignum, atque offerens seipsū Deo pro nobis sacrificium, ut per illud sacrificiū deleretur peccata nostra. Docet *d* hinc vespertinarum precum morem in Ecclesia manasse: nempe in memoriā veterum, præcipue verò sacrificii corporis, & sanguinis Christi. Repetit id ex eodem auctore Concilium Aquisgranense *e*. Paterius (scribit, quod quia Redemtor noster juxta mundi finem vim persequentium pertulit, semetipsum pro nobis sacrificium vespertinum dedit Origenes g. idem indicat, maxime vero per elevatas à Moyse manus in oratione contra Amalec *h*: quod, inquit, de Crucis sacramēto, & affixione manuum Salvatoris intelligi tritum jam, & à multis sæpe dictum est. Augustinus alibi ait Christum extēdisse manus in Cruce ut diceret, *dirigatur oratio mea*, &c. quia circa vesperam pependit in Cruce. Ita quoq; intellexit Cyprianus K ejusdem sacrificii ut incruente factū est, nuncque perseverat in Ecclesia, symbolum expressius fuit in illo alio simil, cui thus adhibeatur, ut dixi. Abutuntur Hæretici præsenti loco, ut negantes ullum nunc proprie sacrificium esse in Ecclesia, offendant si quando videantur scripturæ id affirmare, ut Malachias *l* in proprie loqui, ac de spirituali tantum sacrificio, quod consistit in oratione, aut similibus aliis bonis operibus: quoniam hic *elevatio manuum*, vocatur *sacrificium vespertinum*. At qui si *elevationem manuum suarum*, in oratione David voluit dicere esse *sacrificium*, non debuit addere *vespertinum*, quia omni tempore, ut & *m* omni loco, fieri potest ea elevatio. Orat, ut ita gratam Deus habet orationem suam, quemadmodum solebat gratum habere verum illud sacrificium vespertinum. In eodem sensu Danielem *n* locutum de sua oratione antea retuli.

a Ps. 3. in fin. c. 3

b Joan. 12. 32

c ep. 64. ad Domin. c. 35

d Ps. 140. 2

e Conc. Aquisgr. cap. 270

f in exposit. Symb. nom. unic. ex lib. R. Sg.

g hom. unic. ex lib. R. Sg.

h Exod. 17. 11

i in ps. 64. K lib. 2. ep. 10. & epist. 63

l Isa. 21. 8

m 1. Tim. 2. 8

n cap. 3. 40

Dirigatur *oratio mea sicut incensū in conspectu tuo*.) Additur nomen *Domine*, ab Hilario, sed initio, in fine ab Isidoro *o*. Chaldaicè, *dirigatur oratio mea sicut suffimentum aromaticum coram te*. Alius Græcus referente Chrysost. habet κατόρθωτο statuatur, seu *disponatur*: alius ἐτοιμασθῆναι paretur. Supplenda est particula comparationis quæ deest Hebraicè: & רִיחִי *riccon* reddi præterea potest, *firmetur sit flabilis*, idest, valeat apud te, grata & accepta sit. Quo sensu dirigatur, & κατευθυνθῆναι possent significare, ut aliis in locis, *prosperetur*; videlicet etiam apud te. Nihilominus ad motum rectum respicere videntur hæc verba, propter comparationem cum incenso (quam vocem apud probatum linguę Latinę auctorem non reperio) sive thymiamate, quod per modum virgulæ recta ascendit. R. kimchi *p* testatur antiquam fuisse suffumigandi artē callentes usque ab Alexandria evocatos ab Hebræis, ut suffumigatio sursum recta fieret in star palmæ, nec oblique hac illac fumus distraheretur. Hilarius perpendit in verba *dirigendi*, ut quorum pura, & recta, & synceris (idem quod syncera) est oratio, hi dicere possint, *dirigatur oratio mea*: Ceterum si externarum cogitationum interventu depravabitur, non dirigetur. Is quem appellant Hieron., *dirigi orationem sicut incensum in conspectu Dei*, explicat recta ad illum pervenire, non habentem aliquas sordes, aut vitia, aut cogitationes diabolicas. Bruno Carthusianus directam orationem in conspectu Dei ait esse eam; quæ sit justa, eumq; recta intentione propter Deū: & petat quæ placeant Deo, ac petenda sint, & sicut incensum, intendat

o Isa. 3. 8

p de nat. & grat. ca. 16

q Matt. 20

r Serm. 4. de verbis Dom.

f verf. 12

t verf. 14

u verf. 7

A sursum, cœlestiaq; per se quærat bona. Bona ventura observat orationis ne penetret cœlos tria esse impedimenta timorem immoderatum, qui facit ne habeat ingressum, & progressum; tepiditatem, quæ permittit aggressum, sed non progressum, quia caret vigore: temeritatem, quando deest ingressus, licet adsit progressus, quoniam patitur repulsam; contra istar equiri ut oratio sit fidelis, fervens humilis, ut habeat oratio aggressum, progressum, ingressum. Greveus *q* alia tria circa orationem notat, ut dirigatur per confessionem; appropinquet per humilitatem, & amaritudinem; ineret per instantiam & devotionem. Pluribus hæc declarat, & confirmat.

Orationis ne penetret cœlos tria impedimenta

Elevatio manuum mearum.) Legunt Hilarius, & Cyprianus *r*, *allevatio*, nomen autē מִשְׂאַת *masath* significat quoq: *munus*, & *donum*, ut sit sensus, minus, ac donum quod fero manibus, sit sacrificium vespertinum. Hieron. tamen retinuit *elevationem*. Repetenda comparationis particula, *sicut*, quemadmodum prænonui: & Paraphrastes iterum eam expressit: *sicut manus suave quod offertur in vespere*. Unde, ut etiam dixi, non dicitur ipsa elevatio manuum sacrificium, sed sacrificio similis; vel potius oratur, ut sit similis, seu ut perinde Deo grata, atque ipsi gratum est sacrificiū vespertinum. Hoc ipsum fic Apollin. expositit una cum præcedēte membro.

Ut sacrificii, quæ manuum fit fidelis, quæ non æquitatis. q Serm. 332. t. 2. c. 6. & epist. 63.

ἔστω σου ἡ εὐθυδρομία μου ὅπως θύσω ἐθύοντας ἑσπερινὸν θυσίαν παλαίας ἀναίρω.
Coram te orationem meam fixi incensum dirigas, Vespertino autem similis sacrificio manus attollo.

Ubi inducit Propheram similem sacrificio facientē seipsum. De isto ritu manus levandi, elevandi extendendi, extollendi; expandendi in oratione, dixi alias uberius, & occurrerunt exempla in psalmis prioribus nonnullis; & occurrent adhuc in alio *r*. Tertullianus *s* attollendo, & expādendo manus Dominica passione modulari, & orantes confiteri Christo scribit Christianos: verum ita ut eū modestia, & humilitate id fiat, non sublimius elatis manibus, sed temperate, & probe. ne vultu quidem in audaciam erecto. Illam rationem affert quoq; Maximus Taurinēsis. Deniq; ne dicta inculcem, neve profanis testimoniis idem amplius confirmem, quum testetur Hilarius seus *x* hunc morens fuisse; Paulus y se scribit *viros orare in omni loco, levantes puras manus*: De Gentilibus tamē Macrobius *z*, Servius *a*, Eustathius *b* annotant pro numinum divertitate, qualitateque solitos aliquando ima, interdum summa respicere; hæc si cœlestia forent, ista si fecus; ut si matina, porrigendo ad mare manus; si manes dīsve inferi, terram pede percutiendo. Hoc loco Chrysostomus, alibique *c*, manus in oratione propterea elevari vult, quia multis sceleribus inserviunt: & orationis ministerium fit eis vitii vinculum; & ab improbitate liberatio: ut quando es rapturus, vel in bona aliorum invasurus, aut alii verberaturus in memoriam revocans fore ut eas ad Deum mittas te defensuras: ac illud spiritale sacrificiū per eas emittas: non afficias illas ignominia, & pudore, nec malæ operationis ministerio ipsis fiduciam auferas. Argumentatur adhæc à minori ex alio ritu, ut illotis nemo manibus oraret: multo magis purgandas ab omni scelere, & mundandas per eleemosynam, &c. Idem asserit de ore, & lingua. Denique ut nefas quis dulcit aureo vase ad vilem usum uti, multo minus polluenda ora verbis turpibus, & impudicis, maledictisq;, & contumeliis. Idem habet Euthymius, & innuit qui dicitur Basilius Hilarius & alii fere Latini comites orationi bonas intelligūt actiones esse debere, quę designari per manus solent. Theodoretus virtutis actionem precibus conjungi dicit; quoniam opus manus aggred untur. Origenes *d*, docens omne opus bonum posse orationem censeri, confirmat loci hujus testimonio: nec enim si quis elevaverit, extenderit ve ad cælum manus, ut solent orantes, continuo existimandum Deo sacrificiū obtulisse; sed quum per manus opera intelligantur, manus hic eum innui elevare, qui elevet actus suos à terra: hoc ipsū sibi voluisse Moysis elevatas manus, quę victoriā pariebant *e*. *Vespertinum sacrificiū* hoc appellarur, quia durare usq; ad vesperā vitæ debet: vel certe tunc, ut ait Cassiodor., offerre nos oportet, pœnitentiam agēdo, ac humili nos supplicatione purgādo; ita ut desperandū neminī sit, si ultima fua lacrymarū fonte detergat. Bruno Carthusianus cōplemento legis novę tribuit nomē *sacrificii vespertini*; quia noviſſima est post veterem: nec eam alia sequetur; & quia in morte Christi dedicata est, qui &

x de legat. y 1. Tim. 2. z lib. 3. 7. a in Aen. 3. b lib. 11. 17

c hom. 56. & 60. pop. Manus cur in oratione elevande.

d hom. unic. in lib. Reg.

e Exod. 17. 11

B Aguæ Hispanico & Italico sermone, cujus auctor Ludovicus, aut Luisius de Torres; aliud præterea Jacobi Affinati, cui titulus; Mutus loquens, Italicè scriptum: item Dominici Cavalca de fructibus linguæ, quod inscribitur *Pungi lingua*, fere autem transcribitur ex Guliel. Peraldo. Hoc loco Hugo necessitatē custodiæ, ostiij; circa os, & labia, ne mors peccati intret per has fenestras *x*, ostendit esse adversus mendacia, turpia convitia, improperia superba, jurgia, detractiones, calumnias, criminationes, adulationes, blasphemias, excusationes peccati (de quibus versu sequenti) falsas locutiones, & ironicas, gloriationes, irrisiones, cavillationes, ludificationes, murmurationes, nugationes, orationes indebitas, per jurationes, querulationes, revelationes secretorum, susurrationes, verba otiosa, zizaniorū seminationes. Omitti non debet, quod Gregorius *y* monet, brevi postulatione hic Psalmistam complexum esse, quod aliquando loqui, nonnumquam silere oporteat; quoniam ostium aperitur, & claditur: & qui ori suo nequaquam poni obstaculum, sed ostium petiit, aperte docuit, quod & per disciplinam retineri lingua debeat, & ex necessitate laxari, quatenus eos discretum, & congruo tempore vox aperiat, & rursum congruo taciturnitas claudat. Facit huc etiam Isidoreh *virum confusionis xar' ἐξοχήν* significans, qui quoniam feminam adhibuit ad custodiam domus, occisus est *z*, ut idem Gregor. *a* observavit. Tota virtute, ait, muniendus est aditus mentis. (adde oris) ne quando insidiantes hostes penetrent foramine negligētiæ cogitationis, (& culpidie) sed *omni custodia servetur cor*, & os, ac lingua) *quoniam ex ipso vita procedit* b: *& qui custodit eos fuit, custodit animam suam* c; cum *mors & vita sit in manu linguæ d*. Pro linguæ custodia Sapiens *e* allignat figurate murorum ambitum, ne sicut urbs istis carens, patenque capiatur ab hostibus: item, *fori ostio, vestes, feras, frænos*, præterea *fateram verbis, & ut conflentur, sicut aurum, argentumque, ne labatur lingua, & cadamus in conspectu inimicorum insidiantium, & sit casus insanabilis in mortem*. Lege Ambrosium *g*. Fæni in labiis meminit Esaias *h*, & Job *i* in ore: & Michæus *K* claustra oris custodiri jubet. Adeo est fænis est lingua, ut præter murum veluti duplicē dentium, & labiosum, quemadmodum Chrysostomus *l* loquitur, majorem adhuc longe custodiam requirat. Reliquida sunt labia *vitta coccinea m*, & clave rationis, ut hoc loco loquitur Chrysost. obser vanda. Non alius clavis hujus custos, & quasi ostiarius esse, quam Deus, deber, & ab eo petendum, ut labia nostra ipse aperiat *n*, quemadmodum perpendit Gregorius *o*: quia *Domini est gubernare linguam p*: vocat huic *hortum conjusum*, & *fontem signatum q*. Ambrosius *r*, hortans sororem, ut si velit hujusce modi spirare suaves odores, fragrantiaque prophetiæ, quæ hic habentur, claudat præceptis. Calculum, lapillumve in ore Demosthenem (oratorem, & Agathonem *s* anachoretam gestasse ferunt; ut sit multum ac diu loquens, vacuum os, promtius haberet, & solutius: hunc, ut omnino taceret. Diceres imitatos: anseres, qui in trajectu Tauri montis aquilas veriti; calculo in os indito garrulitatem, ac illud natura fi reperum tantisper compescunt, dum hostem clam prætervecti fallant *u*. Produntur ita factitare grues, quod Aldrovandus *x* disquirit. Cum Alexander arcana continentem epistolam præsente perlegisset Epheſtione, annulum è digito detractum ori illius appressit, hoc gestu admonens, ut arcana contineret. Dixisse aliquando Xenocratem pœnituit, tacuisse numquam *y*; & universe verum:

Nam nulli tacuisse nocet, nocet, esse loquutum.

Si magnum ex pravis, atq; iniquis sermonibus, & inconsiderantius prolatis periculum imminere putaremus, largo lacry marum effuso flumine, magna nobiscum voce clamaremus, inquit Cyrillus *z*, *Pone, Domine, custodiam ori meo*, &c. Idem disputans contra Julianum apostatā initio libri quinti, colligit ex hoc loco, linguæ intemperiem pessimum esse morbum; linguam quoq; indomitam, & dissolutam, inque omne, quod vituperatur, ruentem, merito culpandā; & qui tam gravibus morbis istas, rectè intra extremā penetrare malitiam censeri. Fœmineum inprimis decet sexum silentium, cujus & exemplum Deipara multo illustrius edidit, quam Vestales virgines, quæ decē primis annis in silentio discebant, aliis totidem quæ didicissent executioni mandabant, post vigesimum annum silentium solventes, reliquas juniores docebant *a*.

Pone,

f Matt. 26. g cap. 32. 20 21. ps. 44. 15 h ps. 39. 4

i Jacobi 3. 8. k Eccl. 3. 7.

l verf. 9.

m cap. 22. 32.

n verf. 3.

o Isa. 3. 8

p de nat. & grat. ca. 16

q Matt. 20

r Serm. 4. de verbis Dom.

f verf. 12

t verf. 14

u verf. 7

x Jer. 7. 21

y 7 moral. cult. & sap. pastor. num. 15

Per disciplinam retineri & ex necessitate laxari debet lingua.

z 2 Reg. 4. 5 21 Matt. 21. 18. vel 3. 9

b Prov. 4. 23. c cap. 21. 25 d cap. 18. 21 e cap. 25. 28. f Eccles. 36. 27. 29. 30.

g tract. 8. c. 3 h cap. 37. 20 i cap. 30. 11 K cap. 7. 5 l hom. 4. in Matth. m Cant. 4. 3 n Ps. 50. 17 o in Psal. 4 prim. p Prov. 16. 1 q Cant. 4. 12 2 a de virg.

r Valer. Max. lib. 6. cap. 7 extra Patria

s Plutarch. opusc. tract. an anima. plus rationis habeant, & opusc. de garrul.

t 20 ornithologi y Valer. lib. 7

z 2 in Joan. cap. 3

Linguæ intemperies, morbus pessimus.

a Pompo. Lætus de Sacer. & de Vestal.

Pone, Domine, custodiam ori meo.] Potest custodia φύλαξιν, & שמרה *scimrah* sumi pro *custode, janitore, vigili*; sed & instrumentum potest significare, quo coerceatur os, quemadmodum & in citato prius Ecclesiastici *a* loco, *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum?* Videtur hic intellexisse Ambrosius *b* hujusce modi instrumentum constringens, dum ait, bene cogitavisse Davidem, quum ista diceret, ne forte dum mens inflammat ardorem, linguam sermone labatur, aut multiloquio incauto, etiam quod mens non cogitavit, incurrat loquendi facilitate.

Et ostium circumstantiæ labiis meis.] Hieron. omissa conjunctione particula, *ferva paupertatem labiorum meorum*; idest, ut explicat Trevetus, serva parcitatem loquacitatis, & fac me tamquam pauperem in verbis pauca loqui. Eodem pacto Faber Hieron. translationem exponit de paucitate verborum, utq; sit qui hic orat, illorum pauper, & inops; quia in *multiloquio peccatum non deest c*. Idem valet aliorum translatio, *custodi tenuitatem labiorum meorum. Nemo potest dicere, Dominum Jesus, nisi in Spiritu sancto d*; pauperrima nempè sunt ad bona labia nostra. Cavendum, *ne loquatur os nostrum opera hominum e*, & ea, quæ nos æternis bonis spolient. Alii, *custodiam, excubias ve super januam labiorum meorum*, vel *custodiam januæ labiorum meorum*, vel *custodi ostium labiorum meorum*; Sed adhuc aliter quidam reddunt, *custodi super me elationem labiorum meorum*, sic etiam transtulit Paraphrastes Chaldæus: est enim זקיף *zekeph elevatio*. Nata diversitas hæc ex Hebræo textu צורה על-דל שמתי *mitte rah bhal dal sephathai*. Prima vox aut est verbum imperativi modi in *piel*, addito ה *he* in fine, significans *custodi servos*, &c. aut nomen *custodiæ*. Secunda est præpositio *ad, super, circa*, &c. Tertia, ut hunc scribitur per *pathach*, à דלה *dalah*, posset valere *elevationem*, & *exaltationem*: à דלל *dalal*, *pauperiatem tenuitatem*: quamvis utraque radix eamdem vim habeat. Deniq; per apocopen, & defectum ult mæ litteræ in דלת *deleth* nomine *portæ*, seu *ostii*: דל *dal* potest idem significare. Interpretes LXX. addita conjunctione κ', verterunt, κ' Θῆρυ στομαχῆς μου τοῦ Χεσν. μι, quod Latina versio Psalterii veteris, ac Augustinus *f* habent, & *ostium continentiæ circa labia mea*. Ambrosius *g*, *ostium circuitus*, & Aquila. Theodotio, immo & LXX. ut Scholion monet, ἵτι πάγκλειδ μι. Symmachus C ἐπὶ τοῖς Χειλεσί μου. *in labiis meis*. Non improbabile legisse istos Hebraicè pro נצרה *nitsereh*: quod ut nomen non extat, sed ut verbum dumtaxat, מצרה *metsurah*, ut Agellius putat, quia *vere* significat: quod minus ad rem facit. Ut sit sensus, supplendo verbum *pone*, & *pone monitionem super ostium labiorum meorum*: transponendo autem, & mutando ordinem, & *pone ostium munitionis*, sive *munitum super*, vel *circa labia mea*. Alibi Hieron. *h* legit *ostium munitum*. In psalmis aliis invocatur *civitas munita*, עיר מצור *hhir matsor* πόλιν περιοχῆς. Videntur Chrysost. Euthym. Nicephorus, Basilius, Theodoretus hoc priori synonymum membrum facere, atque de circumstantibus labia tamquam ostium custodibus interpretati. Apollinarius vero, ut ipsum met ostium fit fortiter undequaque, ac fi miter obseratum.

Δὸς πυρὶ τείχεσι φυλακὴν, κ' ἔρκος ὀδόντων
Χείλεσι δ' ἁ φυλάκων πυλὼν πεπάσσατο θ' ὑμᾶς.
Da circa nostros custodiam & septum dentes,
Labiis vero firmos portarum extendas vectes.

Ipsamet labia sunt portæ quædam oris exterius, & dentes linguæ interius, sive septum, quod solet Homerus appellare ἕρκος ὀδόντων: & Job *k*, agens de Behemoth, sive balæna, *Portas vultus ejus*; inquit, *quis aperiet?* idest, labia propter vastitatem victus ejus. Inde est, quod *labia Sacerdotis* dicuntur *custodire scientiam l*, videlicet ut porræ: & dum hæ portæ non aperiuntur, dicitur *thesaurus scientiæ in visus, sapientiaque absconsa m*: dum autem patent, ipsa veluti cordis viscera conspiciuntur, ut Apostolus scribebat *n*, *Os nostrum patet ad vos, ὁ Corinthii, cor nostrum dilatatum est*. Eodem spectant *aperire os o, aperitoque oris*, vel *sermo in apertione oris p*, pro libera, & clara prædicatione. Egredi quoque dicitur de ore, labiisve sermo, & verbum, aut exire, & procedere. Nec deest *q*, qui sic verba alia Job accipiat, *Tacui, neque egressus sum ostium*. Id valet, ut hic notat Bochius, apud Euripidem *r*, ὡσπερ ὁ Θυρύγαιος, *vir, cujus lingua januam, quacoercatur, habet*: & apud Theognidem, lingua, cui

a Θύραν ὀνειδισμοῦ ἀμοιγέως, idest, *ostia non adjacent congrua*: & apud Aristophanem *r*, vir habens ἀκρωλοφῶ σοματ, *os sine porta*, quod Scholiastes explicat per aliud synonymum, ἀθύρωκτ: è contrario apud Æschylum, κλῆς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ *in lingua clavis custos*. Per quamdam saltem accommodationem posset ostium circumstantiæ ad eas, quas Philosophi, Theologique morales nominant circumstantias, applicari, ut his perspectis, servatisque, ostium oris, labiorum, linguæ aperiatur & claudatur: aperiatur, verbi gratia, ut ait Augustinus ad confessionem peccati, claudatur ad excusationem, de qua versus sequenti, ut ita fit ostium continentiæ, (quomodo legit idem Doctor) non ruinæ. Idem repetit Bernardus *u*. Apertum debet esse, ait Bonaventura; ad confessionem, clausum ad excusationem: apertum ad Dei laudem, clausum ad propriam, apertum ad docendum bonos, clausum ad docendum obstinatos. Denique hic oratur, teste Laurentio Justiniano *x*, humiliter, quando sermo proferri debeat ad propriam: ceterorumque pacem. Idem Augustinus alibi differens de continentia *y*, legensque quemadmodum & hic *ostium continentiæ*, longa satis oratione demonstrare nititur, *os* & *labia* hoc loco accipi spiritualiter, & fieri per ostium continentiæ interioris, ubi est silentium cordis, ut non exeat, quod etiam clausis labiis carnis vitam polluat cogitantis. Confirmat præterea ex sequenti versu, *Ne declines cor meum in verba maligna*, sive *malitiæ*, quia declinatio cordis est consensio. Item ex quodam alio testimonio, quod nondum reperi, initium omnis operis verbum; cum multa homines faciant bre clauso, quiera lingua, voce frænata, nihil autem agant corporis opere, quod non prius dixerint in corde. Postremo ex Christi sententia, *quod intrat in os, non conquinare, sed quod procedit ex ore*, idest, ex corde, quod est os interius, & unde exeunt cogitationes malæ z, &c. Ambrosius *a* hoc interpretatur esse orare clauso ostio *b*. Addit Chrysostomus custodiam oris, quantum ad oscula turpia & immunda, ficta ac fraudulenta: præterea circa curiosas quæstiones de rebus divinis, curve faciat hoc Deus, aut illud.

Vers. 4.) Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.

QUoniam ex ore cordis interno per extremũ os, labiaque procedunt verba malitiæ cujusvis generis, tum vero illa, quibus quis peccata excusat sua, vel etiam aliorum; orat Propheta, ut Deus cor, animumque perverti non sinat per se satis pronum ad malum, adeo ut malum & faciat, & id ipsum rectè à se fieri videri velle videatur: nam licet magnam adhibeas custodiam, & ad ostium ad vigiles oris tui, atque labiorum tuorum; tamen proclives ad alia, tum vero ad linguæ vitia sumus, & *in multis offendimus omnes c*, *septeque in die* hoc est multoties, *cadimus d*: & *qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir e*; *quis autem est hic, & laudabimus eum?* Sed & ob præsentes, amoremque nostri, nos, ac nostra omnia facile excusamus, defendimus; laudamus etiam, & lætamur, quum male fecerimus, *exultamusque in rebus pessimis g*, vel D ele vamus certe, ac extenuamus, varia prætexentes & comminiscentes. Inter alias porro causſas, quæ prætendi solent ad excusandum, exemplum aliorum est, ut quod sit alieno, præsertim multorum, aut saltem graviorum, & qui auctoritate polleant, exemplo, jure fieri censeatur. Propterea subjicit petitionem, sive tertiam, sive quartam, ne improborum exemplis corrumpatur, eorum præcipue, qui quærunt & confingunt excusationes. Id autem assequuturum se ait, si non communicet cum electis eorum, hoc est, si non combinetur, & non conjugatur cum illis in mensa, & non convivetur, ac non fruatur electis cibis eorum; aut si non tantùm hac in re caveat, & devitet inimos, abjectosve, verum etiam qui clariores, atque potentiores habeantur inter illos. Quum enim ubivis, & in omni alia re, negotioque perniciosa est iniquorum societas usus, familiaritas, conversatio, tum præcipue inter convivendum & compotandum, quando laxatis habenis, & frænis, licentia summa, et procacia omnia efficiuntur: Continet hic locus plura documenta, quæ seorsim commodius explicabuntur.

Non

Senſus loci

Excuſare excuſationes in peccatis quid ſit.

Iniquorum converſatio inter convivendum præcipue cavenda.

Non declines cor meum in verba malitiæ.) Hieronymus, A *in verbum malum*. In singulari, לדבר רע *ledavar rahh*. Vetus Psalterium, & Augustinus, *ut non declines cor meum in verba maligna*: licet etiam in commentario habeat, *verba malitiæ*. Cassiodorus, *non declines cor meum in verba mala*. Psalterium Romanum, *ut non declines cor meum in verbum malum*. Quæ particula caussalis licet non extet apud alios, infinuat præcedentem petitionem hoc referri. Recitat Chrysostomus aliam translationem, μὴ παρεκτρέψῃς μου τὴν καρδίαν εἰς λόγους πονηρούς. Alii, *ex* Hebræo, *in rem malam*. Quamvis *verbum* pro *re* non rare sumatur, & דבר *davar*, & λόγος. Id quod sequitur de excusationibus exigit, ut propria notio retineatur. Nec scio an pluraliter *verba*, & sermones reperiat quis in Scriptura pro *rebus*. *Verba malitiæ* licet diversa sint, ut Chrysostomus notat, videntur hic accipienda, quibus nos excusamus, quia mox ratio redditur quare oretur, *ne declinet Deus cor in verba malitiæ*, nempe, *ad excusandas excusationes in peccatis*. Idem Pater bene interpretatur orari Deum, *ut non declinet*, idest, ne permittat ut declinet, nec sinat ut divertat in malas cogitationes: non quod ipsemet Deus inclinet B inimicum tamquam Auctor peccati. Immo inde argumentatur pro libero arbitrio, & quod natura in se non habeat vitium, sed à socordia inclinetam id suscipiat. Hujus generis alia loca complura similia sunt, ut cum psalmo 43. *b* dicitur, *Deus declinasti, semitas nostras à via tua*. Relegit illius loci commentarium nostrum, quæque noster Bellarminus docet. Faustus *c* autem hoc etiam ex loco probat infirmitatem liberi arbitrii nostri: sed virosimul vero quod aliquid possit, cum gratia nimirum, dum jubemur *cohibere*, sive *cuercere linguam à malo c*. Simile argumentum Augustini *d*, si peccatum sit, præcipi pœnitentiam, ne defensione & excusatione peccati pereamus: tamen ipsum hic peti, & in genere idem testari voces piarum deprecationum in Scripturis sanctis, quibus ostenditur ea ipsa, quæ præcipiuntur à Deo, non fieri nisi divine, atque adjuvante, qui præcipit. Monet etiam prius actum de ore, nunc de corde, quoniam si oris janua clausa sit, malæ cogitationes cito expugnabuntur, magna scilicet ex parte.

Ad excusandas excusationes in peccatis.) Non legi, qui *justificationes*, legat pro *excusationes*, quod se tamen legisse testatur Martinus Alphonsus. Hieronymus, *volvere cogitationes impias*, quo item se C pacto ex Symmacho Theodoretus ἐνοῦν ἐν ἀνομίαις πρᾶξιν ἐν τῷ κρίνεσθαι, vel *ad cogitandum cogitationes iniquas* להתעולל עלילות בעשע *lehithholel hhalilothberesehahh*. Quod aliter vertitur, *ad cogitandum cogitationes in impietate*, *ad inexcusandum consilium cum impio*, seu *cum impietate conjunctis*. Item, *ad operandum operatione*, vel, *cum impietate*, vel *rei malæ: ad caussandas occasiones in impietate*, *ad inveniendum*, seu *excogitandum studia*, *in impietate*. Hoc ultimum proprius accedit ad nostram versionem. Nam עלל *hhalal* unde in *hithpael* compositio ex *al* התעולל *hithhholel*, significat inter alia *quidbiam studiose ac meditate agere, volutare animo, caussam & occasionem quæsiti, & quærere*. Nomen etiam הלילה *halilah* est non modo opus, & factum, sed etiam caussa & occasio. Latinè quoq; dicimus *caussari aliquid* pro eo, quod est, excusare. *Excusare* autem *excusationes in peccatis* idem valet, quod simpliciter excusare peccata, vel excusando peccata peccare, vel excusationes quærere, quibus facilius peccetur, prætexere prætextus falsos ad libertius peccandum, aut D ne videatur peccatum factum, aut non adeo grave. Subtilius est, quod Hilarius observat, peccatum non tolere excusari, quia inexcusabile est, sed ipsam excusationem, qua exempli caussa, in homicidio, vel adulterio deprehensus, non dicet adulterium, aut cædem non habere critmen, sed se pellectum, coactumque blandiciis, ira commotum, & dolere propter convitia injurias, lites, casum, &c. Hæreticis præterea quo cordis labore, qua verborum exquisitiones suas excolent, incredibile ait esse. Sed hoc tandem est excusare peccatum, quamvis hoc prout tale, ac ratione malitiæ secundum se spectatæ, nemo excuset. Absolutè Christus pronuntiavit de quibusdam, quod *excusationem non habent de peccatosua g*. Idem estio judicium de Brunone Carthusiano, qui *excusare excusationes in peccatis* ait esse, quum quis existens in peccatis, non modo excusat se de illis, verum etiam ad hoc excecationis per venit, ut ipsas excusationes excuset, idest, ipsas esse justè factas. Hoc quidem pejus est. At *excusare excusationes*, est tantum istas excogitare ac proferre: quamvis ea quoque sit sententia Remigii, ut nempe sit defendere excusationes, adductas sive pro se, sive pro aliis, & asserere se benedixisse.

Haimo autem nobiscum sentit nil aliud esse, nisi excusare peccata; quod quia multis modis fit, dicuntur *excusari excusationes* numero plurali. Lyranus etiam dicit effet pertinaciter defendere peccata, excusationibus falsis. Tandem communior est hæc expositio. Verba malitiæ Bernardus *b* docet merito hic appellari *excusationes in peccatis*, quia in animam suam peccat, qui se excusat, repellens proinde à se indulgentiæ medicinam; & sic vitam sibi proprio ore intercludens. Et quænam major malitia, subdit idem, quam propriam armari in salutem, & linguæ tuæ temetipsum mucrone confodere? Denique *qui sibi nequam, cui est bonus?* Rursus autem hinc infert, cavendum sacerdotibus delinquentiùs cordibus tanto moderamine verbum timoris & contritionis infligere, quatenus eos nequaquam à verbo confessionis exterreant: sic corda aperiant, ut ora non obstruant. Appellarem & ego verba ista malitiæ, quia ex concepta oriuntur, meditataque malitia: & quia proprio quodam modo adversantur Dei bonitati, dum illius beneficium extenuant, vel peccatum in eum refundunt, & homini gratiæ viam præcludunt. Vocat hanc viam prætcipuam interitus hoc loco Chrysost. quando vel ipse, quæ peccavit anima, excusso timore, excogitat excusationes, & præsentus quoddam ad ignaviam, vel etiam quando cum quispiam peccavit, volens alius ejus excutere compunctionem, caussas peccati in eos alias conjicit. Hæc item arte esse arma diaboli potissima, qui quum sciat peccati confessionem esse peccati solutionem, persuadet animæ, ut sit egregie impudens, & reddatur promtior, ut rursus eodem peccato implicetur, Deumque magis irritet, Exemplum affert excusationis in sese Deo primorum parentum *i*, & Saulis Pythonyssæ contra, Davidis sententia peccatum aduitrii simpliciter, non excusantis, quod mulier nudasset se, ac lavisset ante oculos ipsius. Elias Cretensis *m* videtur imitatus Chrysostomum affirmans hoc potissimum esse, quod ad exitii voraginem nos abstrahit, quum præteroquum quod peccamus, speciosas etiam tribuescommuniscistudemus, quibus crimina nostra ob velamus. Sapienter Ambrosius *n* jacere se folia exemplo corumdem primorum parentum dicit, qui culpam velare desiderans aut diabolum delicti memorat Auctorem, aut carnis pretendit illecebras, aut alium quempiam pertinatorem prodit erroris, aut etiam assuit sibi quædam quasi folia exemplorum de propheticaserie scripturarum, fructum earum non requirens. Videtur Job *o* alluisse ad eam excusationem primorum parentum, dicens, *si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem meam*. Ibi est nomen *Adam*, quod vel appellativè sumitur, vel proprie. Hugo enumerat hic varios, quibus se homines excusant, modos, à casu, paupertate, divitiis, necessitate conciliationis, seu fatos, & præscientia Dei: à fragilitate, ignorantia, vehementia tentationis, similitudine, sive exemplo aliorum. Bernardus *excusationes fieri* scribit *in peccatis* multis modis: aut enim dicere, qui se excusat, Non feci, fecique, sed bene feci, aut si male, non multum male, non mala intentione; si autem de illo convincitur, sicut & Adam & Eva, aliena suasione excusare se nititur. Excusat se ille apud Senecam ambitiosum non esse, sed neminem Romæ aliter posse vivere, non sumtuosum, sed urbem ipsam magnus impensas exigere, non esse vitium suum, quod iracundus sit, adolescentiam hoc facere. Monet vero ille nos decipi, non extrinsecus esse malum nostrum, intra nos esse, in visceribus ipsis sedere, & ideo difficulter ad sanitatem venire, quia nos ægrotare nescimus. Tales excusatio perditi adolescentis apud Comicum, *Persuasit nox, vinum adolescentia*. Atqui, *justus prior est accusator sui p*, *dicitque peccata sua prior, ut justificetur q*. Pius ibi culpam agnoscit, ubi culpa non est *r*, quamvis levis, velut alter Jacob, ac line peccato, pellicular hædorum, idest, peccatorum, circumdat manibus & collique nuda iis protegit *s*, existimans, ac profitens se peccatorem, similemque Esau peccatori: tamquam Judas *t*, qui nomine ipso confessionem profert, licet carens culpa, culpam adscribit sibi; quod ipsum feciſſe legimus Novi Testamenti sanctissimos viros. Quid? quod *is, qui peccatum non fecit, & in cujus ore dolus inventus non est u*, peccatoris gestare signa voluit, pro peccatore haberi, *cum sceleritis reputari x*. Origenes *y* notat, peccatores plerumque accusare omnia magis, quam semetipsos, & occasiones sibimetipsis fingere: imitari Zabulum, sive diabolum, qui *accusator est*, non sui, sed *fratrum z*. Gulielmus Peraldus *a* rationes multas tradit ad proprii peccati detestandam defensio-

nem; sed eas fere attigimus. Qui dicitur Hieronymus invehitur hoc loco in illos, qui excusant se, causantes se vitios à natura & carne, vel à muliere impudica, &c. atque in potestate nostra esse & peccare, &, Domino adjuvante, non peccare: æquale corpus habere omnes, diversos autem labores: *non esse personarum acceptatorem Deum* a: Paulum ipsum *sensisse legem repugnantem legi mentis*, & *insœliciter se* b *servitutem redegisse* c. Eædem, ac similes aliæ rationes valere possunt, ne quis aliorum peccata excuset, *pulvillos* quod ammodo *assunt sub omni cubito manus* d, & *beatos dicens, decipiat eos: laudes peccatorum in desiderijs suis, iniquum que benedicat* e, & verba sunt ista, & προσάντες ψευδῶς excusationes mendaces, ac faliæ, plane inutiles, immo pernicioſæ, quas, ut Hieron. notat, explanans Oleam g, apud quem sic LXX. transtulerunt. (Proferimus libenter vitiis nostris applaudentes, & si superemur voluptatibus, obtendentes carnis infirmitatem, aut dura majorum imperia,) Idem facere leprima Synodus h monet Episcopum lucro deditum turpi, excogitando excusationes, ut expetat aurum, vel argentum, aut aliam speciem ab Episcopis, vel Clericis, vel Monachis, qui sub ipso sunt. Præterea consuetudinem juri repugnantem Innocentius III. *excusationem in peccatis* vocat, ut quod non Episcopus ordini Episcopali reservata usurpet, quale Sacramentum Confirmationis i. Præterea, in illis magis plectibilem ait esse offensam, per quos ad excusandas excusationes in culpis delinquendi auctoritas ulurpatur k. Alexander item III. eamdem sententiam applicat ad eos, qui solas restituendas ulturas affirmabant, quæ post interdictum ipsius essent receptæ l. Nicolaus I. epistola quadam ad Episcopos Galliarum, super caussa Rhothaldi Suessionensis Episcopi, in illos eamdē sententiam contorquet, quod nec eum propriæ restituerent Ecclesiæ, nec Romam ire sinerent, modo hoc, modo illud objicientes, ac præexcentes. Hieronymus m respondens, quod videretur de muliere, quæ relicto viro adultero, & Solomita, sed adhuc vivente, alium accepisset, an posset absque pœnitentia communicare Ecclesiæ, ait hoc esse *excusationes excusare in peccatis*. Subjicit mox: Omnes enim homines vitiis nostris favemus; & quod propria facimus voluntate, ad naturæ referimus necessitatem. Affert exempla. Quomodo, si dicit adolescens: Vim patior corporis, me ad libidinem ardor impellit, ipsa organa membrorum genitalium, & compositio corporis, fœminæ os quærit amplexus. Et rursum homicida, in egestate, inquit, eram, indigebam cibo, tegmen corporis non habebam; ideo alienum sanguinem fudi, ne ipse fame, & frigore morerer. Adjice Te tullianum n. Non admittit status fidei allegationem necessitatis, nulla est necessitas delinquendi, quibus una est necessitas non delinquendi. Nam & ad sacrificandum, & directo negandum, necessitate quis premitur tormentorum sive pœnarum. Nec tamen illi necessitati disciplina convivet, quia potior est necessitas timendæ negationis, & obeundi martyrii, quam evadendæ passionis, & implendi officii. Ceterum, subvertit totam substantiam sacramenti, (ideſt, doctrinæ Christianæ causſatio ejuſmodi, ut etiam voluntariis derelictis fibulam laxet. Nam & voluntas poterit, & contendi, habens ſcilicet unde cogatur.

Cum hominibus operantibus iniquitatem.) Chaldaicè, *ut conjungar cum viris operantibus iniquitatem*. Apud Nebiense m, *ad cogitandas cogitationes hominis operantibus iniquitatem*. Pendent ista ex priore versu, *non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis cum operantibus iniquitatem*, ideſt, ut ſolent, qui iniqui ſunt. Poſſet etiam nova ſententia, & petitio hinc inchoari, ne patiatur Deus ipſum uti conſuetudine, atque familiaritate iniquorum. Tunc ſupplendum, *ne declines me adhoc, ne hoc ſinas*. Rectè Chryſoſtomus monet fugiendos cœtus iniquorum, qui ſolent excuſationes præexcere, metum peccatorum ſolvere, ad ſocordiam impellere. Id confirmat aliis teſtimoniis; & plura adhuc poſſunt produci. Sed nos ea de re alibi non ſemel egimus.

Et non communicabo cum electis eorum.) Hieronymus, *neque comedere in deliciis eorum*, videlicet non permittas. Quod Trevetus intelligit, ne comedendo cum eis, oſtendat ſe delectari malitia ipſorum. Certè Chriſto, ac diſcipulis, quod comederent cum publicanis & peccatoribus, vitio vertebant Judæi: eo quaſi ſic ſe participes declarent malitiæ ipſorum, & fere quibus cum convivamur, eorumdem vita & moribus delectamus. Eadem translatio Symmachi μὴ συμφάγομαι τὰ ἐδέσματα αὐτῶν, *ne ſimul comedam jucunda eorum*: & alia apud Chryſoſtomum, μὴ συναναστραφῆναι ἐν πανηγύρεσιν αὐτῶν, *ne conveniam, vel convivam in delectationibus eorum*. Chryſoſtomus de conviviis atque cœtibus vitandis explicat: Baſilius de iſtis: Theodoretus de pravis hominibus fœliciter viventibus: Euthymius & Nicephorus de præcellentibus, potentia, ne ſi ſine iniqui, cum ipſis converſetur, ſeu convivetur: exponuntque per συναναλισκεσθαι, quod in commentario Actuum Apoſtolorum, ubi eſt Latinum *convescendi* verbum, docui parum differre ἀπὸ τοῦ συναλίσθαι, quo alium Interpretem hic uti Chryſoſtomum refere dixi. Apollinarius expreſſit pro electis primos, & communicationem cum eis in plateis, & foro: ſed præcedens membrum junxit primo de excuſatione, quæ fiat ſimul, & exemplo iniquorum.

Τῶν δ' ἐκτὸς πραγμάτων μηδ' ἐν ἀγορᾷ κρατεῖν εἶναι,
Horum vero cum primis neque in plateis (aut fortè) videri.

Græca interpretatio LXX. in codicibus Regiis, Complutenſibus, & aliis habet συνδειπνῶ per ι ſota, quod quid ſignificet neſcio; niſi à δεῖπνον, *perſto, deſpirare* ſit conſpirare, & convivere, eumdem ſpiritum trahendo: quo pacto bene redditum eſt, *communicabo*. In correctis Bibliis eſt συνδειπνήσω per ι, à δίχομαι, *ſimul dubito, conſulto & delibero*. Alia legunt ο, συνδυάσω, ut edita Baſileæ anno 1545. quod ſignificat *combinare & copulare*. Vetus Pſalterium, Auguſtinus, Hilarius, habent, *combinabor*, Romanum Pſalterium, Arnobius, Caſſiodorus, *combinabor*: licet Faber tribuat Romano, *communicabo*: & alii, *communicabor*, quod ignoro quid ſibi velit, niſi forte *micam eam dem panis cum alio edere* licet Auctorem non reperiam. Item paſſivè, *copulari, conjungi, conſerari, conſuetudinem & commercium habere*. Quamvis etiam per ο reperiatur δοὺξ & δοὺξ, pro δύο, *duo*, poſſetque inde compoſitum eſſe verbum συνδυάζω ejuſdem ſignificationis. Significat præterea συνδυάζομαι, *copulam* conjugalem apud Ariſtotelem *q*, qui ſimul adjungit συζεύξεις συναλλαγῶν nempe πρὸς ἀλλήλους. Agellius amplectitur ultimam acceptionem de concubitu, etiamſi faceatur Hebræum verbum, de quo poſtea, ſignificare *comedere panem*: ſenſumq; ait eſſe, ut neget David velle ſe combinare aut combinari cum electis eorum, ideſt, ſimilis eſſe iis, qui nihil ſancti habent in conjugiis & matrimoniis: & profiteatur ſe nolle imitari eorum voluptates in concubitu quoniam Saul abſtulerat ei uxorem Michol, & alteri viro dederat *r*. Probat vero dictum uſum panis & cibi pro concubitu, quoniam in Eccleſiaſtico, dicitur, *Omnis panis dulce fornicario*: & in Proverbiis *s*, quod *mulier adultera cum comederet, abſterſo, ore ſe nihil mali operatam dicit*: & ibidem *u* hujuſcemodi mulier væcordem juvenem illicienis ait, *Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior*. Confirmat præterea, quemadmodum quidam *x*, quod de Putiphare dicebatur, *nihil aliud noviſſe in domo ſua præter panem, quo veſcebatur* y, aliqui exponunt de uxoris uſu. Addit placere ſibi magis, poſtquam David oravit, ut linguam coercere poſſet, nunc petere eripi à laqueis voluptatum, quas denotent *verba malitiæ*, ideſt, res malæ, mala ſtudia, machinæ malæ; nec ſinat cum Deus, quæ maxima eſt ad perniciem eſca, combinari, & concubitos voluptuoſos expetere, ne impudicam mulierem ſequatur, *quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciviens & ignorans, quod ad vinculla ſtultus trahatur, donec tranſfigat ſagitta guttur ejus, vel ſi avis feſtinet ad laqueum, & neſcit, quod de periculo anima illius agitur* z. Non caret hæc expoſitio laude acuminis, & aliqua ſpecie probabilitatis: verumq; eſt honeſte ac ſancte linguam ſanctam de obſcenis rebus loqui, ut alibi opere monui: & addi poſſent, *ſitit*, ac *bibere*, pro æſtu libidinis a. Terret me novitias: tum quia hæc ſententia profitetur συνδυάζειν non poſſe ad cibos & convivia aptari: quod aliorum Auctorum teſtimoniis oſtendi verum non eſſe. Inepta vero quoque illa ſententia, quæ Putipharis panem ſumit pro uxore. Prævaleat itaque communior & ſimplicior expoſitio de communicatione, & quadam combinatione cum electis, inter operantes iniquitatem, ideſt, qui iniquitate excellunt, ac potentia etiam, opibus, auctoritate præpollent, & facilius *excuſant excuſationes in peccatis*, & juſti videri volunt. Tales Phariſæi, quemadmodum demonſtrat Auguſt. nominatim de illo, qui indignam convivio, in quo Chriſtus erat, exiſtimabat *b* fœminam illam pœnitentem, quæ peccata confitebatur facto ipſo, & re, non verbis, nec ullas excuſationes quærebat, aut ullo modo cum electis

electis communicabat, ideſt, cum hypocritis, tectiſque peccatoribus. Egregie porro idem digreditur in eos, qui facinorum cauſſam rejiciunt ad conſtellationes, fatum, fortunam, Deum ve ipſum, vel dæmonem, gentemque tenebrarum. Quod ultimum faciebant Manichæi, ac inter hos maxime, qui propriè ſeſe cognominabant electos: quos exacta diſputatione exagitat. Huic expoſitioni adjunxit aliam illam in paraphraſi de communicatione cum electis ut in genere neutro id nomen ſumendo, ſignificent res electas, habitaſque in pretio propter voluptatem & jucunditatem: cujuſmodi eſt in cibo & menſa. Favet apertè textus Hebræus, וּבַל אֶלְחַם בְּמַנְעַמֵּיהֶם *uval elcham bemanhammeheem*. Quidam *a* loqui putant Davidem de Philiſthæis, apud quos exulebat; ut eorum ſe dicat vitaſſe convivia, ad quæ invitabatur. Videtur magis generalis oratio. Sed figuratè *manducare* ſumi poteſt, ſicut & *guſtare*, ut eſt idem, quod gaudere, lætari, potiri, frui, familiariter & cum quadam ſuavitate verſari; ſive cum rebus, quæ ſint operantibus iniquitatem jucundiores & gratiores; ſive cum hominibus, qui apud illos habentur jucundi, delicioſi, denique electi. *Electos* pro principibus viribus vidimus prius in aliis pſalmis *b*. Grevæus *c* juxta tropologiam varia recenſet electorum genera, quibus Chriſtus non communicat eorumve non conſentit electioni. Quoſdam enim, inquit, eligit caro electione infida & alienæ alios mundus, quandopropter temporalia commoda fit conſenſus in aliquem eligendum: nonnullos diabolus, nempe, qui ſeſe promovent & arrogant ſibi, vel invadunt, ac uſurpant, vel ſimonia utuntur, vel ſimulatione. *Elegit Chriſtus ſtulta & infirma ignobilia, contemtibilia mundi* d, *& pauperes* e, *humiles in eamino paupertatis* f, appellans ſervos ſuos, & electos, in quibus complacuit ſibi anima ejus g, Prima electio ab ipſo eſt, qui dixit *h*, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, tamen poſtquam elegit, eligitur etiam ipſe per conſenſum *i*, ut ſi communicatio & combinatio conveniens, de qua hic agitur.

Vers. 5.) Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.

Senſus loci.

ANtithetos eſt priori hæc peritio, ut concedat Deus, vitata ſocietate improborum, qui excuſationibus peccatorum ſuorum aſſueti ſunt, & alios quoq; tum exemplo jucitant, tum verbo docent ſeſe in ſuis excuſare, amicis probis, prudentibus, fidis uti; qui citra blandicias adulationum, & nugacitatis faſcinationem, amice, plane, libere, severe, quumque miſericordia, & ſtudio juvandi, quæ reprehendenda in ipſo intellexerint, reprehendant; ac pietate quadam crudeli feriant ut ſanent, abſque iracundia, & ſelle amaritudinis; non liniant, leniant, ungant, extenuando, excuſando, blandiendo, adulando, laudando. Tantum vero abeſſe ſe ſubdit à communicatione, ſeu combinatione cum operantibus iniquitatem, & cum electis eorum, ideſt, cum primariis inter eos, quibus vitium excuſationis & adulationis familiare eſt; vel cum rebus jucundis, quibus maximè delectantur: ut hoc unum ſæpius ac enixius oret, peratq; à Deo, ne placeant ei, quæ adeo placent illis: & oratio ſua tendat maximè contra vitia atque ſcelera, in quibus tantopere ipſi placent ſibi: ne tum illi ea perſiſtere amplius valeant, tum ne ipſe illos imitetur. Vel certè ultimo verſus membro ſignificat ſe vota facere pro beneplacitis corripientium & increpantium cum miſericordia juſtorum, ut nempe omnia ipſis pro voluntate ſuccedant. Laborabat vehementer hoc bldiloquentiæ, adulationis, ſimulationis, perfidiæ vitio Saul, tum etiam Doeg, & ſimiles Davidis hoſtes. Videamus delnceps quid ſingula importent. Interim conferet propoſito lectio Plutarchi de differentia adulatoris & amici. Poſſit hic etiam de correptione fraterna diſputatio inſtitui, de qua Antonius *k*, tractans iſtum ipſum locum, quis teneatur; an etiam qui non eſt juſtus, & quis modus debeat ſervari. Confunduntur nunc porro *corrigere & corripere*, cum illud ſit reipſa alium ad meliorem frugem reducere, hoc ad idem niti, ut colligitur ex Auguſtino *l*.

Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me.) Eodem modo Hieronymus, niſi quod rèddit in imperativo, cui nempe ſervi futurum, & pro *increpandi* verbo,

Auſurpat verbum *arguendi*. Alii pro primo ponunt, *percutiet, verberabit, feriet, caviabit, franget, conteret, contundet*, quia eſt verbum Hebræum cum affixo יַהֲלְמֵנִי *jehelmeni* ab הָלַם *halam*, de quo egimus pſalmo 73. *m* Unde malleus הַלְמָה *helem*. Græcè alius apud Chryſoſtomum habet ἐλεησάτω με ὁ δίκαιος ἐν ἐλέει, *miſereatur mei juſtus miſericordia*. Vetus Pſalterium, & Auguſtinus, *emendabit. παιδεύσει*. Sed ille in ſpeculo, *arguet*. Malle ſe dicit Propheta cædi per benevolentiam atq; miſericordiam. quam ungi, &c. Alterum verbum cum affixo וְיוֹכִיחֵנִי *jochicheni* verbalem denotat correptionem, cum objurgatione; aliquando tamen etiam ſignificat re ipſa caſtigare. Vertitur alibi *corripere* n, *arguere* o, *diſputare* p. Paulus *q* argui vult, obſecrari, increpari ſubditos ab Epiſcopo, & quidem *in omni potentia*: immo & *dure* r. DEUS apud Etaiam *ſ* dicit eos, *qui beatos prædicant, alios, ipſos, decipere, & viam greſſum eorum diſſipare*.

, Sapiens *t* cenſet *meliorem manifeſtam correptionem, quam amorem abſconditum: meliora vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis*, præterea *u*, *melius à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi*. Quem locum enarrantes attulimus nonnulla de adulationis malo, bonoque correptionis. Etſi autem eodem loco Sapientis, correptio nominatur, ut & hic juſti; tamen poteſt etiam fieri ab eo, cui deſit utrumque: & ex officio interdum debet (Paraphraſtes exprimit כֹּהֵן *chachen Sacerdotem*;) ac ſemper erit cum miſericordia, ſi non ex parte corripientis, ex parte correpti; ſi nempe correptionem ſuſcipiat ut opus miſericordiæ, quemadmodum revera eſt. Auguſtinus * ſcribens Proculejano Epiſcopo partis Donatianæ juſtum correptorem abſolutè ſolum Chriſtum ait eſſe, qui *eſt ipſa veritas*: x itaque de cujuslibet hominis ore nobis verum cum aliqua aſperitate ſonuerit, non ab illo homine, qui forte peccator eſt, ſed ab ipſa veritate, hoc eſt, à Chriſto, qui juſtus eſt, nos emendari, ne noſtrum caput blandæ, ſed perniciolæ adulationis unctio, hoc eſt, oleum peccatoris ungat. Idem legendus contra Petilianum in libro 50 homiliarum *y*, & libro de correctione, & gratia. Niſſenus quoque orationeuna in eos agit, qui ægre fuerunt reprehenſiones *i* item locis multis Chryſoſtomus *z*, & Nazianzenus *a*, præterea Caſſianus *b*, Gregorius *c*, Bernardus *d*. Atramen quiſquis corripit, quod in ſe eſt, cum juſtitia miſericordiam debet adhibere, & *in ſpiritu lenitatis inſtruere*, ſeu, ut legit Hilarius, *conſummare, corripere, conſiderans ſeipſum, ac infirmitatem propriam, ne & ipſe tentetur* c. Oportet ut corripiens corripiendo corripiat. Dilige, ait Auguſtinus, & dic quicquid voles. Labia corripientis vitæ coccineæ ſimilia ſint *f*, & ut ſuniculus purpureus, quod Rahab ſigno dato liberata eſt *g*; & colore ipſo flammam amoris demonſtrat. Moyſis peccatum aliqui putant fuiſſe, quod quum ad extrahendas de petra aquas verbis uti ſolus juſſus eſſet, Deo dicente. *Loquimini h ad petram*, virga bis percuſſerit *i*, Jeremias *k* *vidit virgam vigilantem*, quia non debet quis more cæcorum percutere atque corripere, ſed attente, prudenterque: non debet *exiſtimare ut inimicum ſed coerripere ut fratrem* l. Quiſquis corripitur, quod etiam in ſe eſt, quamlibet cujuslibet correptionem excipere debet, ut præditi, tamquam opus miſericordiæ, quamvis oum ſannis & ſcommatibus amarulentis cum acerbitate & Dignominia conjungatur. Hoc admonet Antiochus monachus *m*. *Inauris aurea, & margaritis ſulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem* n. Nazianzenus o de patre ſuo refert, ut quid παρρησιάσαιτο, quod iis, quos objurgaret, quibuſque ſuccenſeret, amori, & admirationi eſſet ὑπὸτοῦ τοῦ Χριστοῦ [mendoſè arbitor legi Χριστὸς] tamquam nomen Chriſti, nempe per X majuſculum, vincente unctionis benignitate fervorem, ita ut revera eſſes ἀληθῶς θεοφόρητος, & *ſatius, τὸ δίκαιον παιδεύεσθαι ἀπὸ δικαίου ἢ κολάζεσθαι, à juſto corripi, & erudiri, ἢ τὸν πονηρὸν κολακεύεσθαι, quam ab improbo inungi*; quoniam illius ipſa etiam aſperitas propter utilitatem ſuavis eſt: hujus contra ob morum perverſitatem δικὴ οὐ κολάζουσα, benignitas ſuſpecta eſt. *Qui increpationes odit, morietur* p: *non amet peſtilens eum, qui ſe corripit, nec ad ſapientes graditur* q, ſed *auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientum commorabitur* r: Et *ſi corripueris ſapientem, intelliget diſciplinam* t: Et *ſi arguveris ſapientem dilige te* t: *Qui corripit hominem, gratiam poſtea invenier apud eum magis, quam ille, qui per lingua blandimenta decipit* u. Item *via vitæ cuſtodienti diſciplinam; qui au-*

Item increpationes relinquit, errat a: *qui diligit disciplinam, diligit scientiam, qui autem odit increpationes, insipiens est* b: *Qui custodit increpationes, sapientior fiet* c: *Qui increpationes odit, morietur* d, *Qui abjicit disciplinam, despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis* e: *Vir, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei supervenit interitus, & enim sanitas non sequetur* f: *Vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus* g: *Qui odit dens, & disciplinatus non murmurabit correptus* g: *Qui odit correptionem, minus ibi vita* h. *Qui odit correptionem, vestigat exitum peccatoris* i: *Quam bonum est correptum manifestare quam est peccatori* i: *Quam bonum est correptum manifestare peccatum* k. *Correptionem amicus, ne forte non intellexerit* (quid de eo dicatur, aut non intenderit afficere injuria) *& dicat, non feci,* (declarans innocentiam suam) *aut si fecerit, ne iterum addat, facere: corripiendus proximus, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte iteret: corripiendus amicus, sæpe enim fit commissio: διαβολὴ calumnia*, ideſt, ſæpe peccatur aliena crimina deferendo. *Corripiendus proximus antequam commineris, & laudus locus timori Altissimi* l. Quare correptio iſta potius pertinet ad admonitionem: quæ amicitiæ veræ index, ac nota certa eſt, ut etiam Ambroſius *m* docet. Vidit id præterea Plautus *n*,

Sed tu ex amicis certis mihi certissimus,
Si quid me scis feciſſe inscite, aut improbe,
Si id non accusas, tu ſpe objurgandus es, scio.

Inter Senecæ quoque proverbia illa celebrantur: (amici vitia ſi feras, facis tua,) (cum his converſare, qui te corrigant.) Plutarchus *o* admonet quiquis ad bonam frugem ex corruptis moribus pervenire deſiderat, opus habere Auctore Diogene, dirigenti amica, fervidoque hoſte, ut peccatum fugiat, aut correptus, aut certè humaniter, ac blande curatus. (At quicunq; corripi non vis, inquit Auguſt. *p*) etiam propterea corripiendus es, quia corripi non vis. Non vis enim tua tibi vitia demonſtrationi vis feriantur fiatque tibi utilis dolor, quo medicum quæras: non vis tibi tu ipſe oſtendi, ut quum deformem te vides, reformationem deſideres, eique ſupplices, ne in illa remaneas ſedicate. Tuum quippe vitium eſt, quod malus es, & majus vitium corripi nolle, quia malus es: quaſi laudanda, vel indifferenter habenda ſint vitia, ut neque laudentur neq; vituperentur; aut vero nihil agat timor correpti hominis, vel pudor, vel dolor.) Sic ille. Nihilominus ſi ſpes non eſt melioris frugis: abſtinendum à correctione; *nec arguendus aeriſon, ne oderit* q. Id monet etiam Nazianzenus *r*, atque Auguſtinus *s*; & Zeno reſponſiſſe fertur *t*, ſciſcitanti cur ſe unum non corrigeret, quia tibi non credo. Tam facilem verò ſe Auguſtinus à correptionis correctionive præbebat, ut Hieron. rogaret identidem, ubi ſibi hoc opus eſſe perſpiceret, fideuter faceret. Quamquam enim dicebat ille verè humilis & modeſtus, ſecundum honorum vocabula, quæ jam Eccleſiæ uſus obtinuit, Epiſcopus presbytero major ſit: tamen multis in rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt: licet etiam à minore quolibet non ſit refugienda, vel dedignanda correctio. Hoc inprimis religioſo viro perneceſſarium, qui ad hoc de ſeculo magiſterio regularis diſciplinæ ſubmittitur, quemadmodum ſcribit Monacho Ariprando Petrus Damiani *y*, ut rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat, aſperæ correptionis lima detergat. Legenda epiſtola illa, quæ verſatur tota in hoc argumento. Corripientium alios juſtorum illuſtria exempla ſunt in Moyſe, Phinee, Elia, Joanne Baptiſta, Chriſto, Chryſoſt., Ambroſio, & aliis. Hujus rei vir quidam ſanctus neceſſitatem in mundo ſummam eſſe affirmabat, ita ut ob ejus omiſſionem potiſſimum, & propter violatum vitandæ fornicationis præceptum periret *z*.

Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.) Cyprianus *a* *jungat*. Optatus *b*; *unget*. Auguſtinus variis in locis nunc *ungat*, nunc *impinguet*, nunc *impinguabit*. Hieronymus *oleum amaritudinis*, &c. Quo item pacto extat apud Auguſtinum in ſpeculo. Alii, *oleum capitis*, ideſt, *capitale*, *præcipuum*, *optimum*, *non prohiberit caput meum*, *non turbabit*, *non deterrebit*, *non franget*. Quod plures explicant, ut dicta, correptio & increpatio juſti ſit loco, ac vice unguenti optimi, & fragrantiſſimi, ex quo nihil de trimenti capiat, ſed plurimum emolumenti. Nec pauci declarant dicere Prophetam, malle ſe cædi tali reprehenſione, quam ut impius reddat ipſum primario unguento delibutum, ideſt, quam ſummis demulceat deliciis quam convivio excipiat, in quo erat unguentorum uſus, quam quovis beneficiorum genere afficiat. Tertio Cajetanus, & conſectator ejuſdem perpetuus Placidus Parmenſis, velle Davidem volunt, quod unctio, qua Samuel unxerat illum in Regem, non prohiberet caput ſuum à reprehenſione, atque à caſtigatione, dummodo à juſto viro fieret. Correptus hic quidem à Nathan non indignatus infremuit ſed confeſſus ingemuit *e*, regio quamvis clarus imperio, ut perpendit Ambroſius ***. E contrario reprehendenti Amaſiam de idololatria Prophetæ, reſpondit ille. *Nam conſiliarius d Regis es? quiesce, ne interficiamte*. Videtur Paraphraſtes Chaldæus nonnihil favere, ſed ſenſu tamen adhuc diverſo, qui ſic locum hunc totum transfert, *verberabit me juſtus propter miſericordiam ſuam*, nempe *& corripiet me Sacerdos*, (*Sacerdotem* non habet textus Nebionſis) *ungens me oleo unctionis Sanctuarii* (apud Nebienſem, *oleum autem unctionis ſanctæ*) *at tamen coronam regni non auferet de capite meo* (in textu Nebienſis *non deponet de capite meo*.) Hebræa ſic ſe habent שמן ראש אל יניאשי *ſemen roſch al janiroſci*. Primum vocabulum occurrit alias *e*, nec liquidum dumtaxat oleum ſignificat, ſed craſſius quoque ac ſpiſſius unguentum; ſecundum & ultimum eſt idem, ſed valet tum *caput*, tum *venenum*, quod videlicet in capite ſerpentes habent. Ad poſteriorem ſignificationem reſpexerunt LXX. reddentes εἰμαρωλὸν, qui abſtractè dici poteſt *venenum*, ſicut *lues*, *peſtis*, *exitium*, *pernicies*, &c. Etenim adulationem rectè Tacitus *f* peſſimum veri affectus eſſe dixit venenum. Ubi egregia quoque alluſio eſt. In repetito nomine ראש *roſch* ſecundum diverſas ſignificationes verbum יניאשי *janiroſci* cum punctulo ſuperius impoſito, quo denotatur aliter legendum, nempe addito נ *aleph* eſt à נוא *nava*, vel potius à נוא *no* & in *hiphil* ſignificat *frangere*, *prohibere*, *irritare*, *reprobare*: quo modo ultimo redditur in pſalmo 32. *g Reprobat autem cogitationes populorum*. Hieronymus tamen etiam interpretatus eſt, *impinguet*: licet alibi *h* citans hunc locum innuat illam aliam translationem de oleo amaritudinis. Pinguedo nimia deformat ac deſtruit caput, licet non frangendo: ſi nimis ſit: atque de hac videntur intelliexiſſe LXX. ut innuunt Richardus Cenomanus, Titelmanus, Genebrardus, Agellius, Bellarminus. Poteſt id illuſtrari parœmia illa Africana, ut exiſtimo, cujus meminit Auguſtinus apud Procule janum *i*, de hoc ipſo adulationis vitio agens, deque præſenti loco, (Crevit caput: (quæ parœmia, inquit, dicitur de homine, quem fallæ blandiciæ faciunt arrogantem. Alioquin *impinguari in oleo caput* k, juxta ſenſum bonum dicitur. Talle vulgi proverbium in re diſſimili creviſſe, vel increaſſatos oculos, illi, qui proſperis rebus elatus aſpectu ceteros dedignantur. Meminit Hugo alterius adagii, (Unxi illi caput) quando quis vult ſignificare ſe alteri confictis laudibus impoſuiſſe. E contrario, (Lavi caput illi) uſurpat pro eo, quod eſt, illum objurgavi. Plautus non raro *os ſublinere*, aut *ſublectare* dicit, ideſt, vultum; pro eo, quod eſt ſeducere, in fraudem inducere, decipere. Nec abhorret à propoſito adagium quo quis dicitur (oleum ferre in auriculam.) Quid ſi huc referas damnum, quod oculi oleo tacti ſentiunt; quod ſtudioſos litterarum de induſtria feciſſe, ut eximerentur à penſo Rethori perſolvendo, teſtatur de ſeipſo loquens Perſius *l*.

Sæpe oculos memini tingebam (tangebam) *parvus olivo,*
Grandia ſi nollem morituro verba Catoni
Dicere; non ſano multum laudanda magiſtro,
Quæpater adductis ſudans audiret amicis.

Poteſt præterea hic ſignificari, ne fallaci aſſentatione laudantis & blandientis *mollitis ut oleum ſermonibus, qui reverà ſunt jacula* m, exhilaretur; *exhilaratur* enim *facies in oleo* n; & mentis lætitiam indicari voluit Chriſtus *o* capitis unctione. Item, quia unguentem, oleum ve fragrans, bonique odoris bonæ famæ ſymbolum eſt, ſive nominis boni *p*, non incommodæ quis intelligat inſinuari, deprecari à te Prophetam celebritatem quamcunque famæ, & boni nominis, quæ ex fictis adulantium laudibus colligatur, & ab oleum hujuſcemodi vendentibus *q*, ut exponit Auguſtinus *r*, Gregorius *s*, Origenes *t*, & alii. Ad hæreticos, hæreſeſque accommodat hunc locum Hieron. *u*. hæretici enim *per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium* x. Ambroſius *y*, aut alius, ud omnes, qui errori ſtudent *z* ſed ita ut expliceat non eſſe admittendam beneficientiam à talibus profectam; quia & libertatem, inquit, arguendi amittit: & peccat, qui ab eo accipit, qui ideo dat, ne corripiatur. Paulinus *z* ad Synagogam oleo

a Prov. 10. 17
b ſap. 12. 2
c Prov. 15. 5
d Prov. 20
e Prov. 5. 22
f cap. 29. 1
g Eccl. 10. 28
h cap. 29. 5
i cap. 21. 7
k cap. 27. 6
l Prov. 19. 17. 28. 13. 17
m Offic. 1. 2
n in Trinumo.
o epiſt. de
p de cor. & gra. cap. 3
q Prov. 9. 8
r Apolog. ad Iudæ. vitup. 2
s Lætt. l. 7
x epiſt. 1
y l. 5. ep. 18
z Salm. f. 4
a epiſt. 70
b 4. cont. Parm.

Reſpondetur hæreticis h. l. abutentibus.
a epiſt. 70
b Joan. 9. 31
c Eccl. 34. 30
d Eſa. 66. 3
ca. cont. Creſc. 2. 24. & 3. cont. Lit. Petil. cap. 33
fa. cont. Parm.
Optati reſponſio paulo doctior. Adulationis mala.
g a. cont. Lit. Petil. c. 67. & 103. l. 3. c. 32 2. cont. Greſc. c. 24
h Eſa. 5. 23
i Prov. 17. 15
k Cap. 24. 24
l Pſal. 9. 21
m Prov. 29. 5
n Hemil. 2. de David & Saule.
o in Pſ. 134
p in Pſ. 57
q Epiſt. 14. ad Celant.
r Dial. Chaonit. Menip. & Mercur. 1 in Phædr.
Lærtt. l. 2
u Stob. ſer. 22
x in Enchir. y Enarr. l. 10
z Epiſt. 27
aa Pſ. 54. 22
bb Pſ. 103. 5
cc Matt. 6. 17
dd Eccl. 7. 2
ee Matt. 26. 8
f l. 8. 3. ſub ſc. 2. 10. 6. 33 form 23 de verbi Dom.
g hom. 17. in Evang. l. 1 homil. 3 in Matt. & Oſea c. 12
h Rom. 16. 18
i in 1 Cor. 9
k epiſtol

Perpendit autem hoc loco, adulatorem nomine *peccatoris* per auxeſin abſolutè appellari; & in illis verbis Proverbiorum *e. Si te laſſaverint peccatores, ne acquieſcas eis*: nimirum vel perpetranda mala blandimentis inferendo, vel perpetrata laudibus extollendo. Sed & hirundinum leviter volitantium calida ſtercora, quæ Tobiam cæcaverunt *f*; interpretatur *g* leves adulantium, & blande loquentium laudes, quædum adulationis oleo caput audientis impinguant, interiores oculos, ne lolita luce perfruantur, excæcant, & tamquam ſtercus oculis iſidem ingerunt, dum lenocinantis eloquii blâda verboſitate perungunt. Inſpiens gaudet laudari in faciem: vir autem ſapiens, ut ait Auctor *h* operis imperfecti, flagellatur in corde: & ut Gregorius *i* laus ſua juſtos cruciat, iniquos exaltat. Quapropter Ladislaus Polon. Regem narrant *k* palam adulantes colaphis excepiſſe, quum cauſſam quæ rentibus reſponderet te percutientes repercutere. Simile quid memorant de Alphonſo Arragonum Rege *l*. Lupis ſimiles adulatores, qui titillando & palpando aſinos devorant, canibus ulcera lingentibus, ac ſtercus etiam domini ſui edentibus; ſic immo ipſomet, à quibus aluntur, ſicut ſui Actæonem canes devoraverunt. Scorpio, qui palpando incedit, cauda ferit. Venatori ſibilo leni feram ſiſtenti, ut commodius transfigat. Similes hi, qui talibus delectantur, his, qui præbent crura ſupplantantibus ſuibus, qui dum titillantur & fricantur, facilè ſe dejici ſinunt, ut quodlibet de illis facias amphoris, quæ auribus facilè circumferuntur.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.) Hieron., *pro malitiis eorum*: quod lapſu memoriæ citat quidam *, tamquam ex translatione LXX. vel *in malitiis eorum*. Id enim, quod Latinè legimus, eſt ex illorum Interpretum verſione, qui habent, ἐν αἰτίαις εὐδοκιῶν. Aquila reddidit, ἐν παρακαιρίαις αὐτῶν, in malitiis eorum. Symmachus, ἐν τοῖς πονηροῖς αὐτῶν, *intra malitias eorum* Hebraicè, ברעותיהם *berahbothaam, voluntates*, ac proinde *beneplacita* ſignificant רעות *rahbboth*, ut eſt hoc nomen à רעה *rahbah*, juxta uſum Chaldææ linguæ pro רצה *raſah, velle*, & *complacere*, ſive *beneplacere*. Senſus vero tunc erit, adeo ſe abhorrere ab adulatoribus, & à communicatione cum improbis, ut non ceſſet orare, ne vel particeps ſit eorum, quæ ipſis placent, & antea vocata ſunt electa eorum *m*: vel ne iidem illi ea poſſint exequi, & conſequi, in quibus maximè placent ſibi, & quibus plurimum delectantur *n*. Præterea, quod Agellio etiam placere deprehendi, referendo ad juſtum, atq; collectivè ſumendo, pro multis orare ſe dicit pro beneplacitis eorum, ut cunctà eis proſperè ſuccedant pro voluntate, arbitrioque: vel ut in iis magis, ac magis ipſemet proficiat, neglecta peccatorum adulatione, in quibus iſtis placet bene, & quum cauſſa *o*: vel certè juſtis, qui reprehendunt, & quæ ſunt laudabilia laudant. Secundum aliam notionem magis ordinariam pro malitiis, intelligitur ſignificare, le continenter orare adverſus mala opera eorum, ut nec imitetur, nec eorum damnum ſentiat *p*: aut ut eis eveniant mala, & calamitates *q*, per quas videlicet reſipiſcant, ac deſiſtant à malis operibus: aut ut à malis moralibus, ſive à vitiis liberentur *r*. Conciliari poſſunt, & utraque lectio pro beneplacitis ac malis, & omnes expoſitiones. Nam beneplacita peccatorum ſunt mala tum moralia, tum naturæ adverſus quæ juſtus rectè orat, ne auctoribus eorum noceant: beneplacita juſtorum ſunt bona, oppoſitaque malis moralibus, ut idcirco juſtus bene etiam oret, ut juſta in bonis perſeverent, mala autem ipſi caveant. Idem fere eſt utrovis modo, ſi pro ſeipſo juſtum, ſeu Prophetam ſub illius perſona, orare interpretemur; & quamvis in mediis poſitus ſit tum malis calamitatum, & perſecutionum, tum periculis peccatorum; non intermittere orationem ſuam. Rickelius exponit, in his, quæ peccatoribus iſtis placent, verſatur oratio mea, quatenus ipſi à peccatis ſuis deſiſtant, & ne ego abeis ſeducar. Allegoria Auguſtini de Chriſto eſt, quaſi dicat pro membris ſuis futurum, ut improbis aliquando placeat oratio illa *; *Dimitte nobis debita noſtra*, quam docuit Chriſtus: vel oratio ipſius net Chriſti, qua interpellat pro nobis *t*.

Iuvenal.

—— a Nihil eſt, quod credere de ſe
Non poſſit, quum laudatur: Dis æqua poteſtas.

Et domeſticis, præſertim ſervis, omnia Principum honeſta, atque inhonneſta laudare mos eſt *b*: & Regum opes ſæpius aſſentatio, quam hoſtis evertit *c*: Petrus Damiani *d* declamat in Clericos adulatores, captatores beneficiorum.

l Tac. 3. ann.
c Curt. l. 1 dil. 2. in ep. 3
d epiſt. 1. ad Alexand.
e Cap. 1. 10.
f Tob. 2. 11
g l. 6. epiſt. 22
h Hom. 27 i 26. mor. cap. 28
k Stapleton. in promi. moralis Dom. 2 Adv. tract. 7 l Abr. Pan. & Annæus Sylvius.
* Rom. 1. fing. c. 5
m Chryſoſt. n Arnob. in Evangel. & Nicephor.
o Janſenius.
p R. Kimhi R. Salomon. q R. Abenezr. Belvac. r Theod. parœmiat. Hier. Hilar. Pelvic.
s Matt. 6. 12
t 1. Ioh. 2. 2